



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 79. Atrebatensis pacis Articuli

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 482.

§. LXXIX.

*Atrebatenſis pacis Articuli.*

Igitur articulo primo sancitum, ut pa-  
trinque juramento firmetur. II. Con-  
nubium Delphini cum Margarita stabilis-  
tur. III. Ducissa Atrebatum mittatur  
Bellojoviensi Comiti tradenda, ab eoque  
in Franciæ regnum deducenda; IV. Præ-  
fatus Comes Regis nomine juret, quo  
Ducissa, tum nonnisi tres annos nata  
Delphino, qui duodecimum ægebat an-  
num, quamprimum ambo adoleverint  
in uxorem detur & nuptiarum solemnis  
de more celebrentur. V. Eidem dono  
nomine reliquantur Arthesiæ & Bur-  
gundiæ Comitatus, ditiones & Dyna-  
stiæ Maconnensis, Antissiodorensis, So-  
linensis, Bariensis ad sequanam, & No-  
yerensis, ea tamen lege, ut eadem di-  
tiones deficientibus tam masculis quam  
fœminis hæredibus ad Philippum Du-  
cem redirent. VI. Si vero præfati Co-  
mitatus, ditiones ac Dynastiæ quocunq[ue]  
casu alteri quam Delphino vel ejus libe-  
ris obvenirent, tunc Rex, Delphinus  
eorumque Successores Galliarum Reges  
harum Provinciarum Possessores tamdiu  
existant, donec de jure, quod isti in be-  
neficiaria prædia Castellanum, Insula-  
num, Duacense & Orchesianum habere  
contendunt, judicium fuerit latum data  
etiam

*Preuves des  
Mémoires de  
Comines  
Tom. V  
dern. Edit.  
pag. 272.*

etiam fide, hanc item infra triennium Sæcul. XV.  
esse dirimendam. VII. Præfati comita- A.C. 1482.  
tus, excepto Audomaropolitano, suis  
legibus, consuetudinibus atque immuni-  
tatis utantur, eorumque jura sub au-  
toritate Delphini atque Ducissæ salva &  
integra serventur. VIII. Eodem quoque  
jure Comitatus Burgundiæ fruatur. IX.  
Urbs Atrebatenis sub nomine Delphini  
avito suo restituatur regimini. X. Del-  
phinus Audomaropelin non possideat, ni-  
si peractis nuptiis. XI. Hæc urbs fidei  
Sacramento Regi præstito, Nobilium,  
Cleri, & Civium curæ, atque Admini-  
strationi relinquatur. XII. Donec Du-  
cissa pupillares annos egressa effet, hujus  
urbis proventus Atrebatenium ærario  
cedant, constitutis ab Archiduce hanc  
in rem Ministris, qui a Delphino confir-  
mentur. XIII. Si vero hæ nuptiæ im-  
pediantur, vel omnino dissolvantur, Ar-  
thesiae & Burgundiæ Comitatus cum ce-  
teris ditionibus Maximiliano, vel ejus Fi-  
lio reddantur, Rexque juri in beneficia-  
ria prædia Insulanum, Duacense & Or-  
chesianum cedat. XIV. Rex & Delphi-  
nus civibus ea solvant, quæ iisdem ob  
hasce ditiones debentur, ita tamen, ut  
Chirographa, quæ defuncta Burgundiæ  
Ducissa, & Carolus ejus Pater dabant, a  
creditoribus reddantur. XV. Si Delphi-  
nus nulla prole relictæ decedat, Ducissa

G 4

eius

Secul. XV ejus coniux Arthesiae & Burgundiae Co  
A C 1482. n itatibus, aliisque præfatis ditionibus,  
nomine dotis, fruatur, addit's annuis qui  
quaginta milibus librarum Turonicarum  
necnon oppignoratis in fidem crediti pro  
claris urbibus, Campania, Biturigibus  
& Turonia. Spectabant ceteri articu  
hujus Tractatus firmitatem, atque ex  
ecutionem, necnon quorumdam privato  
rum cauſas. Has inter erant lites, qu  
Arausionensis Princeps, hæredes Conne  
stabilis S. Pauli, Croyii, Toulengonii  
Joignii, aliique habebant. Equidem  
Rex Arthesiae Comitatum sibi vendicare  
non intenderat, nihilomitus Gandave  
ses eundem illi addicebant, ut eorum  
Princeps magis adhuc exhaustus nun  
quam imperium in eos exercendi vira  
haberet.

## §. LXXX.

*Maximilianus huic paci graviter  
obliviosus.*

Hoc fœdus Atrebatii die vigesima ter  
tia Decembris firmatum, ineunte  
mense Januario anni sequentis Rex Ple  
siaci prope Turones gratum ratumque  
habuit. Haud leviter ea res displicuit  
Maximiliano; hisce enim pactis tam si  
bi, quam Filio suo valde pingues ac fortu  
natæ eripiebantur Provinciæ, nihilomi  
nus assensu quoque suo ad stipulabatur.

non